

A  
S.  
QUERINIANA  
A

BIBLIOTECA

\*D  
VI  
28

69  
L.III.17.

|            |            |
|------------|------------|
| BIBLIOTECA | CIVICA     |
| ms.        |            |
| D          |            |
| VI         |            |
| 28         |            |
| BRESCIA    | QUERINIANA |

R. 29

Ubertinus Pascutus natus est ante Brixia obcidionem  
Nicolao Pierio et tunc erat admodum puer ut  
ipso dicit in haec oratione carta ad finem.  
Fuit autem obcidio illa anno 1438: Vigesimal  
post ea anno habuit Ubertinus hanc orationem ut  
ibidem <sup>ad</sup>esse. Eiusdem Ubertini extat carmen de  
Urbi Constantino <sup>per</sup> obcidionem T. Apoweb. Callegari.

De eodem Ubertino alijra sunt donata ab anno Nro.  
Ego Quirino in opere de Bresciana Litteratura.

Ubertinus est carmen similes inservium et suis turbis obcidionem  
quibus decubitus non tuorum fuisse. Hoc ita sicut in iugis pueris  
solent nasci. Autem est impressionem est in libro 1438. Obcidionem  
Brescianum oramen brescianum in tabula ex tempore sancte canticis  
tristis inter 1438 et 1439. Anno 1438. Et 1439 anno 1438  
propositum ab aliis vixit tamquam castellum in tauris.

Corpus Quirini Corporeum ex Draconis ex quo cristal ms. fuisse  
Christianus remanserit. In Veneris et aliis percepientur.  
Quare filii eius Bresciano Goliathem Quirinum quod ab ipso vocata  
Brescio. Andante et Procedente eorum auctoritate omnium carminis de  
urbi Constantino est ad eum qui proponit libro curioso Nostre collectione  
Ubertinus Quirinus.

Ubertinus est varius in genere, aspernaturque in publico Quirinianum Brescianum  
Brescianum est Varius genere, Quirinianum Nostri quod latere voluit  
sud nomine lo Juscini. Brescio, ut est anima et corporis  
et sepulchri. T. X. propositum litterarum quod Bresciano  
1438 miscellanea Historiae Augustae Vindelicis 1438

M. S. Regno la 1000. Bresciano D. Pauli (conta)  
20. - 1. Goliath enim dicitur brescianus, autem.



Ubertini Pisculi de Laudibus Brixie

Oratio

D CONSPECTUM VESTRUM Viri  
Brixiani accederes cum instituistem  
ane ex multis que mihi si plane  
incultus homo aut barbarus haberi nolleba  
dicenda occurrebat gratius pretermitterem  
id quod et vobis in presentia fore jacundis  
simum, et mihi pro officio meo convenien-  
tissimum putavi; si non succulenta nimis  
atque composita, ut res postularet ipsa, at  
saltem pro meis viribus orationes adoriri pla-  
cuit. Nam quid ego hoc tempore, qui post  
longas meas variisque, peregrinationes in  
patria mea mihi carissime ulnis complexi-  
busque quiesco: Quid, inquam, possum vel  
gratius ei, vobis vero probabilius, mihi que  
saavius dicere: quam de patria hac nostra

Brixia

Brixia, que per quemvis hospitem atque  
peregrinum, inuidia nisi fortasse torqueatur,  
differenda, edendaque forent, me civem ejus  
antiquissima stirpe oriundum predicare. Et que  
sepiissime inter exteras nationes, genetisque  
remotissimas inter varias, ut sit, fabula-  
tiones dum Brixie mentio incidisset, dici  
predicarique audiri, que verissima novi co-  
memorare. Neque impudentia voluptatem  
in ipsius dotibus divinitusque munibibus in  
hoc vestro clarissimo concilio recensendis ca-  
pere, qua olim in audiendis auscultandisque  
capiebar. Quinimmo tunc etiam si patriam  
meam laudari gaudetam, non poteram ta-  
men mecum non dolere, quod ea tunc pre-  
sertim carcerem, ab eaque longe solus absen-  
tia fiebat, ut quantum inde voluptalis, tan-  
tum etiam hinc doloris caperem. Nec mirum  
sane, non enim brevi locorum spatio segregata

bar

bar, nec in contiguis gentibus, proximisve  
aut humanis hominibus versabar, sed in his  
mundi partibus comprehebar, ut patrie meae,  
que mihi semper carissima fuit, ipsa recor-  
datio affigeret, neque nomen ejus etiam at-  
que etiam angeret, caras doloresque cumula-  
ret. Nam vestrum neminem feri ignorare  
arbitror, me adhuc admodum adolescentulus  
literarum studio captiendarum, quibus qua-  
tam lieuerat hic prius usque ad illam eta-  
tem indulseram, me Ferrariam ad virum  
illum doctissimum atque eloquentissimum  
Luarinum Veronensem, qui ita in utroque  
greco scilicet ac Latino excellit eloquio, ita  
etiam humanitate, integritate, moribusque  
ravissimis inter clarissimos viros eluet, pa-  
rentis mei viri optimi indulgentias fuisse  
profectum. Sub cuius doctrina quantum stu-  
dio, ingenioque valui suo in me semper pro-

sufflatus

suffulcū affectu cūm profecīsem , majoris lau-  
dis incensu studio ad gymnasia grecā me  
transferte , ceterasque urbes visere decrevi .  
Mare igitur , quod nunquam videram , ingre-  
sus Constantinopolim urbem , q̄e studiorum  
grecorum mater reliquias conservabat naviga-  
vi . Ubi dum in studiis summa cūm secundi-  
tate versarer patrie mē desiderio captu tem-  
puy in quo mercatura litterarum illarum in-  
signi refutu ad ipsam remeare , exspectaba .  
Quan expectationem dum iam adimplere tem-  
puy pro gemodū advenisset , acerbissimus ca-  
sus et coniuncti christianorum plaga Constanti-  
nopolitanę scilicet urbis ruinā subvertit , in  
qua etiam ego barbarorum preda factus an-  
num totum in servitute vitam ( si vita ul-  
la in servitute est habenda ) traxi . Qui cum  
tandem Dei miseratione Mainardi Ubaldi-  
ni civis Florentini , qui tunc in Asia mer-

cabatur

cabatur , q̄e qui pro me barbaro cui servie-  
bam spēpondit : Ec humanitate ac liberalita-  
te nobilissimi viri Baptiste Litti tunc pro  
Venetijs Probaiali in Constantinopoli , qui pe-  
cunias ipsas pactas exolvit , barbarorum ma-  
nus evadit ; in patriam annum fere post  
cum redirem in cursu ipso vix dum tertia  
parte navigationis completa a Piratis inter-  
ceptus , graviterque vulneratus Rhodium ve-  
luy fui ; ubi latronum singulari quoddam  
Dei munere manus evasi . Tantuy tunc in  
patriam properandi ardor animum meum  
invasit , ut navis cuiusdam onerarię in por-  
tu Colosiensi forte sedentis scapham , que  
clam a magno Rhodiorum Magistro in Cre-  
tam pro rerum novarum exploratione mit-  
tebatur hoc mihi soli ab eo concessa , conseuen-  
dere non dubitaverim ; qua per freta as-  
perima , insulasque desertas non sine peric-

culo

culo Cretam attigi. Unde in Italiam advez-  
ey Brixiam continuo patiam diu mihi op-  
tusimam petivi. A qua deinde etiam tri-  
ennium absente me Romae moratum contigit.  
Quosum nam hec haud absurdum tendit di-  
gredio Viti Brixiani: ut inde scilicet co-  
gnoscatis quanto cum dolore, quam longis  
gemibus patriam meam desiderarem, quot  
vobis absens absenter sepe vocaverim.  
Quam longa enim peregrinatio mea fuerit,  
quam varia fuerunt in terra, marique dis-  
crimina, tam longa patris mei mihi in-  
libtate in servitate memoria succurrit,  
tamque assidua perduravit adeo ut nec mi-  
hi ciby, nec somnus, nec dies nec nox sine  
ipsa foret, abstensque continue presens cum  
ea esset. Nunc vero eam cum non in som-  
nis non cogitationibus sed presens presentem  
habeo, oculisque certino, non ego mihi gaude-

64

bo: non sibi gratulabor: non boni civis offi-  
cium exhibebbo:

Verum vos imprimi obsecro atque abtestor,  
viri Brixiani, me non ingenio, non scientia,  
non eloquentia fretum ad dicendum accessis-  
se putatis; nec eo me tanquam oratorem, sed  
tanquam ciuem minime ingratum videri vo-  
lentem humanity equisque animis audiatis.  
Et quantum ego pietatis et gratitudinis in  
patriam dicendo conferam, tantum vos equi-  
tatis ac benignitatis in me audiendo tribua-  
cis. Et ubi ego oratione in enarrandi pati-  
e laudibus defecero, ita pro me studiis, favo-  
ribusque supplicatis. Ita et ego patre, pro  
maximi epus in me meriti dicendo vos et  
mihi, et patre pro vestra singulari huma-  
nitate ac pietate audiendo vestrum officium  
prestatib; Hocque pacto ab omnibus iuxta Sophocles  
Sophocly dictum xapit xapit ois ruzoras.

id est

idest gratia gratiam semper pariet.

Dicitio

De aeris rigitatem temperie: de urbis in re ipsius origine: de totius agri Brixii situ et fertilitate: de virorum industria: de situ ipsius urbis et comodis: de civitate eisque virtutibus dicam.

Elementa ipsa, ex quibus temperies conflat, quod Deus hanc nostram Brixiam praecipue inter omnes adamarit si recte considerabimus, nobis mirum in modum suadent: quoniam projecto Europa europa ut greci uno vocabulo idest bona temperie ab ipso conditore opifice Deo dum cuncta crearet atque disponeret insignita, ut ab nulla Urbe aut loco superet, ita parem sibi vix locum adinventum. Plura namque loca conspicimus, aut audiimus quibus aut hyems semper aut estas dominetur adeo ut vel ador-

re, nimio vel frigore uita sterilia penitus, aut magna ex parte jaceant. Homines reliquaque animantia infirma vel torpida siant, rebus plurimis ad vitium necessariis indigeant. Non vero tanta nimis temperie, frumentis ut ex elementis nullum aut alteri cedat, aut alterius locum sibi usurpet, nec inter se de loco, sedibusque decertet. Scilicet omnia adeo concordi vinculo connexa sunt, ut suum quilibet terminum tenens non excedat: unde et mira tempore, quedam sequitur series. Alter enim, qui ex nimio solis ardore sic dicitur, et aer qui inferior est ita totum annu temperati, concordesque procedunt ut etiam sanissimos hujus agri nostri animantibus cunctos sercent, et terram feracissimam ad rerum omnium copiam reddant. Hoc vero quattuor, in quas annus digeruntur: -der, estas, autumnus, et hyems, amice pacifice suo queque

re.

statu

statu contenta procedunt, intras suas que  
que contenta terminos conquisit. Aliam  
alig suis de sedibus exigere minime contendit  
sed alterius alteri invicem cedunt tempora.  
Non vero estatis, non etas autumni, non hye-  
nius autunnius, nec veri hyems locum usur-  
pat. Ex quo in hyeme frigoris quantum  
natura postulat, estate caloris quantum ad  
maturandas fruges opus est tantum sentit,  
quas hyems intra parentis abne terrae viscer-  
is etas conservavit. Ver autem, reniso ja-  
hyenij frigore, neque nimio soli fervore.

*De conditione*  
*Brix.* aduentus de terra vocavit Brixian urbem  
cujus ut in hominum reliquounque ani-  
mantium usu sicut as nobis ordinetur ager  
omnibus abundat, sic etiam magnifice ges-  
ta sive spacie sive bello, aut litterarum  
monumentis, aut majorum nostrorum memoria  
que ad mea usque tempora pervenit eae =

stant

stant, sicut scriptores ferunt, annalesque ter-  
stantur Galli condidere, qui duce Breno glo-  
rie, gratia, et novarum sedium querendarum  
cupiditate in Italiam adorav Romanos ver-  
nerunt: qui postea Macedoniam, Thessalam,  
Thraciāque aggressi armis subegerunt Asia  
regibus et Europa propter militari experien-  
tie gloriam, qua tunc temporis Galli preter  
reliquias gentes prestare putabantur rogati au-  
xilio fuere. Qui demum mortuo duce Breno  
Asiam, ubi Britannia est, tenuerunt: A qui-  
bus etiam regio illa Gallatice nomen acce-  
pit. Qualem vero aut quantam urbem  
hanc nostram considerunt, reliquie que, ad-  
huc extant et antiquissimorum officiorum  
monumenta probant, que sive in antiquis  
regis edibus, sive in eorum magnificis tem-  
plici, sive in marius quoq; asphalte non calce  
structos dicere ita clara atque magnifica

cer

cernuntur ut sane ab initio potens atque opulenta Brixia nata conditaque fuerit ne-  
de sit et gandum non sit. At quo in agro, quove-  
<sup>agri Brix</sup> situ posita est? Nempe multas et alibi in  
fertilitate remotissimis regionibus, et hic in Italia ur-  
bes ad eos negligenter positas cernimus, ut vel  
in montibus asperrimus pendeant, vel in con-  
vallisbus infimis prope lateant, ut sorte ali-  
qua vel urgenti necessitate non consilio ad  
id accedentes fundate videantur. Nostra au-  
tem Brixiam qui struxere non repentina  
aliquo casu aut consilio temerario qui aniz-  
morum generositas moti ad novas parandas sez-  
des ab transalpinis Gallis usque renerant  
sed exploratis diligenter locis ubi conderent  
hanc sedem sibi precipuam delegerunt, in  
qua cum lati campi et fertilissimi longissi-  
mo tractu quounque feratur aspectus  
porrigant, tamen nec montes nec tumuli,

colleg.

calesque desiderantur. Quinimum ipsa plana  
cum sit montes, eam quasi suavibus ulnis co-  
pletuntur. Ad dexteram enim spargitur que  
occidentem solem versus aspicit per plantum  
locis omnia sane volentibus licet peragrare,  
que collibus et tumulis vineis copiis  
fructuumque varietate plenis insignitur. Un-  
de vino et frugibus arbs plurimum abundat.  
Cui regioni haud temere brevis Gallie nomen <sup>Franca curia</sup>  
inditum erit. Non enim agri Brixienis pars  
si quis castella et viros in eas positos populos  
que consideraverit, sed provincia haud parva  
poterit se integra videri, credique facile posset.  
In ea namque preter viros innumeros Pala-  
zolum, Claras, Rohadum, Bornadum, Pater-  
num, Rotingum, Lassitanum Castella urbium  
multarum magnitudinem adequantia in se-  
riem conspicimus. Itum vero cum lacu suo  
qui ex piscibus regionem omnem et urbem

ipsam

ipsum copiosam reddit, et mercibus viam facilem accedit subministrat. Quan delectabilem prebeat aspectum prefermitto. Hec in occiduum a Brixia pergentibus offerruntur. Que vero ad orientem ostenduntur videamus. A Brixia namque ad Benacum usque lacum tractu longo. Via haud sane alteri quam dextram diximus re nulla cedens per rura pinguia et vineas plana porrigitus, quam regionem greci hypanian nos pavonantis appellamus. Que ut visorum multitudine ita etiam frugum omnium fertilitate potest, amenitatemque delectat. Celles benignas et vineas et olivetos plenos habet, qui longe spectantibus delectationem hanc medium largiuntur. Ubi ad lacum ipsum quod Benacum <sup>langu</sup> de Brixensis agri loco Benaco priisci vocaverant est peruentum, quid quo loco Brix. corum amplitudin terrena bonitas atque beni-

gnitas declaratur comminiscar: aut dicam: Cum ipsa per se regia accoliarum omnium et peregrinorum aspectu tam amplam tam que fragiferam reser ostentetur ut certe loca omnia que poetarum carminibus celebrantur aut equet aut superet. Nam si alium alio delectatum loco vanas veterum superstitione deum fecit: et loco cuique deum quemdam preesse mendax gentilitas creditit ut puta Sicilia propter frumentorum vim que in ea nascitur cerei deum attribuerant. Corm, Clium, Nazon, ingulas Baudio dicatas finxerunt, quod in eis vina optima nasci putarent. Ita locis aliis prout cuiusque nationi natura re aliquay precipue feruor eret, deum quemdam delectatum prefecerunt. Hoc nos loco also more quam dana gentilitas gratiam preci quam et copiam delectari precepteris dicemus. Nec dubius

gnitas

mihi

mihi sane occurrit, quin si quis ex antiquis  
poetis locum hunc tot olivis longa serie co-  
mantem et tot vineis abundantem vidisset  
procul dubio Palladem illam Athenensem,  
Dionisiumque Thebanum praeidem scripsi-  
sent; hisque tanquam peculiariis delecta-  
toris secibus cecinissent. Unde tanta inveniens  
vit olivi colligitur, ut non modo agrum no-  
strum, qui maximus est, sed et totam Venetiam  
partemque Italicam haud parvam oleo copiosa  
efficiat, quod aliud aliunde ortum oleum a  
deo bonitate ac suavitate superat, ut cum  
ad loca longinqua, et diversa ex locis diver-  
sis a mercatoribus oleum adiectum fuerit,  
imprimis hoc nostrum petatur, optetur, et ex-  
matur. Quod manu sicut et cetera nobis pri-  
cipuum Deum ipse dedit. Hoc enim nostra  
olivarum copia consilio sicuti prima cri-  
entem solem accipit, ita et occidentem eche-

ma

ma sentit. Quo fit ut diem totum sole beni-  
gnissimo tepefacta fructu suo meliores sua  
viatoresque enutriat. Nec mirum proposito poe-  
ta quis diceret; si regionem hanc Phœbus  
sibi ceteris avarul. Nam preter olimus, que  
Palladii arbores praedicantur, quibus Hercules oleum  
et Athenensem antiquorum instituto olym-<sup>Briz.</sup>  
pione coronabantur et sapientes; lauro hic  
plurimos crescere animaverunt; Aphremq.  
suam in sui nominis arborem, ut casti-  
tem servaret mutatam olim fuisse recorda-  
datur. Quam pueram, quam uxorem hac Daphnes  
fere non potuit: sub arbore quasi sensa-  
rani complectitur lacque. comam cyathar-  
ramque suam velatque pharetram. hac Versus  
templa, hac viates ornari iustit, et alta vio-  
ctores cincti lauro Capitolia adibant Ro-  
manum magnos cum dictavere triumphos. Nec  
steriles Lauri sed baccates, ortos, campos, vias  
ipsay

iosas inumbant. Itaque loca illa pera =  
grantibus umbrae placidissime, nunquam de-  
sent; laborique ac fastidiosi magna cum  
voluptate quicvis requiem invenire potest.  
Cometa vero ac paradiso ingressus quis si vi-  
derit odorig arboribus et fructiferis censisq[ue] fru-  
ctibusque suarissimis plenos, projecto ab Ies-  
sus Hesiodis perditibus ilis, quas ab Hercule aureis pomis  
pona spoliatae vocet crudant plantaria; hic trascen-  
dita existimare potest, que aie nullo custo-  
rita draconem securus quicvis letusque carpit.  
Hic citra Indiam poma gustu sapidissima  
deore, suarissima nascuntur, que arbores ut  
semper visentes contra rigorem durant, ita  
et poma sua recentissima custodiunt. Corey-  
ram Insulam perpetuo rore celeberrimam  
Homerus canit. Verum si nostro huic agro  
conferatur, nempe si illi adequabitur miz-  
mine tamen illum superabit. Quinimo

nos rebu[m] plurimis, quas ipsa desiderat, abi-  
damus, nec rem ullam ad vitrum ipsa produ-  
cit. Quin ager noster Orobriensis et suario-  
rem et copiosiorem eam habeat. Coreyra  
maris munere, in quo jacet hyemem haud  
quaquam sentire, et propterea pomis in  
rani, recentia seroares fertur. Lotus vero  
noster non ne idem et solis benignitate, et  
laeui ipsius noctis aspergine annum totum  
amenus et apertus hyeme contra servatur;  
et de rani, pomis orientibus dolentibus sem-  
per capere licet. Nonne et arbores perpe-  
tuo florentes ac virientes hic apud nos de-  
lectabili varietate ornantur, que amena-  
tem et jucunditatem offerunt, fructibusque  
delectant, et iuvant? Hic crocum optimus  
pro quo terre orientis lauantur. Hic tuber-  
ra, que usque ex Africa petebantur pas-  
sim per regiones oruntur. Benacus vero

nos

nos

ipse

jare qui a scriptoribus et poetis velut ma-  
re coelebratur, cum mediis inter nostris, et  
Veronensem agrum infundatur vase, cui ma-  
xime, sed infundat locum hunc nostrum pr  
optavit, quem amensissimum aspectusque de-  
lectabilem fertilemque complectitio quasi  
dedita opera eorum hunc nostrum plus a-  
met, si eoque plus ceteris ipse se oblectet.  
qua terra quam fructiferas et amena est  
natura, dices eum de industria ut gratum  
se exhibeat ac benignum quasi ex thesau-  
ri suis absconditissimi, pretiosissima munera  
a pesciis optimordia nobis praepice fecit.  
Nam cum ubique pascim in omnibus aco-  
larum, et circum vicinorum copiam pesciis ex-  
gratia, et bonos de se liberaliter erogat, no-  
bis omnium certe pescium optimos clargitur.  
Cum enim propter cuiusque generis pesciis  
captura facillima in eo pescantes perpe-

treo

tio versentur, ut locis illis quavis diei no-  
ctisve hora pesciis reens adhucque ludens  
presto semper cuiusque usui sufficiuntur adsit,  
nobis tamen, inquam, omnius optimus reserva-  
vit, quem nec pascim sicut pesci ceteros p  
lacum capi voluit, sed certis locis intra nostros  
Brixie fines haud longius a nostro littore  
tantum reperitur. Et quod subtiley natura-  
li historie indagatores tradiderunt, id verum  
esse haud parvum argumentum est, auro si-  
licet pesciis hos quos Carpione vocamus enu-  
triri, quod non longius hi pesci sic alii per  
aquas divagantur, sed intra quasi circum-  
scriptos fines ubi aurum de nostis metallis  
suppeditar se continent. Et arenis aureis  
ut pascuntur ita eis suas tanquam incunabula  
egredi minime audent. Tamen in his  
partibus, Pactolum in Lydia, et Hermum etiam  
in Asia flumina poete aureas arenas trahe-

re.

re memorant, sed nil ultra de ipsis predican-  
tur, non eis incoleat ulterius in suo usu pre-  
ter aquas perfruuntur. At nos si aurum de  
metallis his propter nimiam aque profundita-  
tem effoderemus, non aurum tamen im-  
munes omnino sumus. Pisces enim ex auro,  
ut ita loquar, nati auroque parti nobis pro-  
auro prestanter; hisque non solam ictus nostra  
capita redditur, sed etiam propter incredibil-  
lem eorum bonitatem atque saporem, cum suis  
et Reges, et Principes, et opulentissimi viri vesci  
percipiunt, per omnes Italique partes deferuntur.  
Et quod mirum est quasi ex incorrupto certe  
auro se esse constentur, mensem unum recentissimi  
conservantur. Quasi natura ipsa, sive  
Deus petius ita comparaverit, ut quam tan-  
te prestantie tantaque suavitatis pisces sint  
volentibus licet longinquis a nobis habeere. Li-  
cere voluerit. Cedens vero preferens pisibus

ita.

ita copiosum nostrum forum piscarium est, ut pro  
cuiusque crumenae ingumento in promptu sit; et  
quantum se quisque divitem sentit quantum  
que expendere cupit, inde diligere quid velit  
offertur. Itaque nullus a genro vacuy non cari-  
tudine repulay, obnoxio inanis domum rever-  
titur. Amplitatem et fertilitatem ripe nostre  
Lacusque ipsius conoditates diximus, locorumque  
monumenta videamus.

Ea castella heque areg lacui adjacent,  
ipsique cum longe spectantibus palchrum pre-  
beat aspectum, non minus tamen sive pac-  
vigeat, seu bellum intonent; locis illis comoda  
necessariaque sunt. In memoria teneo quam-  
vis tunc puer admodum essem, vigesimus enim  
vel circiter agitur annus. Cum bellum grave  
diuturnumque inter Venetos et mediolanensi-  
sium ducem gereretur, imperante pro mediolanen-  
sium duce, glorioso illo in re militari viro

Nicola

Nicola Picinino, totius belli summa hue ad nos quiesceret collata, et Brixia hec nostra totis viribus obessa pulsabatur, utrinque clas- sis maxima et ab hostibus, et a nostris in lacum deducta fuit. Et rostratis navibus adeo summa virorum opere pugnabat. Hinc ut Brixie nocte auxilium ferrent, illincit longa obsidione, quam armis non poterant, in deditioinem cogerent, quasi amborum imperii Brixia momentum foret, ut utri ea potiti essent hi victores omnia hostium subigerentur. Ut igitur ambobus bellorum finis Brixia erat, ita Brixie aut capiunde aut liberande ab obsidione vis omni in navalibus Victoria versabatur: ut cuius clas- sis Victoria evansiisset, pars illa Brixiam bellum gravium haberet. Bis igitur tota clas- se in lacu pugnatum est: confictu pri- mo nostri infelicissime pugnauit; eorum

namque classis ab hostibus aut capta aut de- leta fuit. Et certe nisi tunc Brixia suam in rebus asperrimis patientiam, animorumq. aduentias suorum invictam magnitudinem ac dubiis fortitudo Brix. in rebus ac pene desperatis fidem tenuisset Brix. qua non minuimus semper, quam armis possuit possetque, ac prestat, certe inquam de Vene- torum imperio quod hic in Italia tenent az- cum erat. Novumque hec Brixias nostra gentibus omnibus spectaculum fuit; nam cu- hostes hac Victoria elati Brixiam omnis o- pis opere sublata, supplicem in eorum ditio- nem venturam expectarent, nihilque reli- qui esse pro certo iam haberent; quinimmo bello confecto Bergomum, Veronam, Vincen- tiacum, Patarium, Parosium in potestatem suam ducerent; que ubi obesse, quamvis armis nullis infestarentur, Brixie urbis e- ventum expectabant, ut quidquid de se Bri-

namque

acia

xia egisset, idem continuo et ipse agerent. Nonnulli quoque ex his, quas iamdudum absidionis cedebat, se hostibus ut impare traherent, tempus adesse gaudebant. Brixia continuo que prostrata defecisse animis putabatur, quasi plaga illa tamquam fera nobilissima ad malorum toleranciam irritata animis fiduciaque repleta, quamquam pressis ad portas assiduis vexaretur, et fame intus ingentique pestilentia laboraret, resumptis alacrior animis hostium spem miserum in modum ludificata est; reliqua cumque civitatum sua patientia mollietiam arguit, pideique sag optimum exemplum prebuit. Ita se ad omnia mala, que obsoletos comitantur comparavit, ut meses tres et viginti inopia rerum omnium et bellum et pestilential tolerarit. Tanta que tunc fame Brixias laboravit, ut hu-

mano cib⁹ absumpso, ad ferinas cibas se converteret, herbisque, vallis radicibus se alezret, equis, mulis, asinisque occisi⁹ vesceretur. Sed quid vereor verum fati⁹? multi etiam canibus, catis, muribus, ducibus quoque de voribus locustij, et siccatis in sui alienationis usi fuerunt. Saguntini ab Annibale in hispania obseci⁹ dura tolerasse quo Romanis fidem conservarent, et ne crudelissimis barbaris Paenit vieti seruirent memorantur. Hyerusalem quoque teste Iosepo, cui a Tito obsecratus durissimam adeo famem toleravit, ut matres nonnulli interfectorum a se filiorum carnibus vescerentur. Verum Annibal Sagunto potius est: situ Hyerusalem expugnavit, funditusque delevit. Brixia vero nostra longa malorum toleritia hostes, qui muros partim solo tormentis equaverant, partim suffoderant, partim po-

eti armis tenebant, a se repulit; refe-  
cta que denuo a Venetis clausa hostium  
tota classis funditur atque delectus: Bri-  
xia; et cetera urbis ab obsidione liberan-  
tur. Hec me preclarissima Brixie gesta  
dum de bellis comodis: que de castellis  
in ripa nostra positis perecipiuntur di-  
cendum forent interseruisse hanc roribus, o  
Brixiani, absurdum videatur. Nec mirum  
cum propriis hujus nostre preclarissimorum  
gestorum ut memoria delectus, ita etiam  
et commemoratione recreer. Et vos in eis  
audiendis, que recenti memoria per eos  
feliciter gesta fuisse tenetis, pari volupta-  
te capi vehementerque. Delectari arbitris.  
Ut igitur ad gerenda bella castella illas op-  
timas habent portus in quos classis, ubi  
opus est, divertit munimentaque ab hosti-  
li impetu defendit, ita dum pacis est a tem-

pestatis

pestatis, et procellis que in lacu sepe sur-  
gunt naves mercatoris se ad ea recipiunt.  
Interque Salodium et opibus et munimentorum  
magnitudine ut excellit, ita et principatum  
obtinet. Ad ipsum namque vici omnes om-  
nia ripe castella jus de rebus dubiis accep-  
tura convenient. In quo nec juris consulti  
resunt nec procuratores qui clientelas in ma-  
gnis etiam causis suscipiant desiderantur.  
Pretorem vero qui iura ministrat sine ecce-  
Brixia annuum magistratum sicut et alia  
Brixiensis agri loca accipit. Samedium  
regio illa nostri agri que meridiem versus Brix. agri  
porrigitur de me questa, quasi ejus imemor fertilitate  
sim factus diximus me que sane ita plana  
et fera est, itaque ad omnes hominum u-  
sus rerum omnius copiosa et nativa compo-  
nita et ante digesta tota populi et terris  
abundat ut longissimum pro rerum magnitu-  
dine.

dine mihi labor adsit si omnia oratione comprehendere aggrediar. Verum quia vero quot die omnia nec videtis, et omnibus iam adveniis et peregrinis notissima sunt, quod poteris brevius. Nec ut hacten feci, explicabo. Cuncta simul veluti agmine facto narranda se primo ostendunt. Quibus ergo me addicam primo: ab ipsius urbis pomeriis ut incipiam, et modo rerum et dignitatis postulat. Quibus nam locis tantum aut plus amicitatis et juventutis inesse dicam, quam huic horotonorum nostrorum territorio inest. Sane omnes cum cuiusque generis clerum, et fructuum abundantissimi sint, alterum quod nullis fore alius vel paucis contigit ab ipso Deo munus accepérunt at ne unquam sed ex pluviarum raritate nimio vel estatis fervore, siccitatem patiantur currentis aquae rivulos superinfunderent, vel entibus licet, quibus et sic

citat

citat tollitur, calorque restinguatur, et pinguior sine stercoundi labore terra redditur. Nam ad Deum aquas purissimas per urbem nostram, et fluvias agneos ideat semper fluentes labi voluerit accedente majorum nostrorum industria in duas urbis necessitates tollendas divisus fuerunt. Pars enim ex fontibus ipsis purissima perdurata in totius urbis regiones mira cum voluptate deducitur, qui fontes per fistulas copiosissimi aquas recentissimas purissimas, dulcissimas in hominum et jumentorum usus perpetuo fundant. Pars vero per medianas urbis domos occultum sub forniciis in cloacarum modum secant iter, que sorte totas urbis absuens et limum pinguisimum trahens in hortos et suburbana predia occurrit, que, quia novum limum trahit, haud temere Nilus et iasa cognominabitur. Sed quid hoc horitorum et suburbanorum prediorum munus

proprietatem allego. Cum universus Brixie ager, ar-  
va, campi, prata, novalia facillima cum est  
opus, aquarum infusione irrigentur. Pulchritudo  
est sapientia cernendi qua industria, qua arte, quo  
ve ordine, quare agricultorum voluptate, aqua-  
rum rivi universalis si placuerit, aut singulis  
si unius illius fuerit campis pratis satis omnia  
irrigaturi innituntur. Quantum cuiusque  
voluntas fert, ut bibant tantum et aque,  
illis que ad tollendam sufficiat sitim prebe-  
tur. Tanta comoditate tantaque arte, de flu-  
minibus et fontibus aquarum ductis in quem  
cumque agnum excipiuntur, tantoque ordine  
abesse, que viam aquis et claudunt et ape-  
riunt composite sunt, ut non tam equitum e-  
quum freno gubernare in mundo sit, quam  
aqua et lacuare et continere. nobis ex vo-  
luntate nostra licet. Pluviae apud nos raro  
votis optantur cum humectandi et irrigandi

ius

juris a Deo ipso donatum sit. Nobis imbre-  
scedunt, nobis aquae clarae etiam tempestate  
in pluviarum locum succedunt. Nobis tempo-  
ra que optamus presto semper adiungunt. Egyp-  
tus et Assyria omnium scriptorum litterarum  
regiones frumentorum fertilissime propter Ni-  
lum qui quotannis auctus omnes per campos  
efunditur celebrante sunt. Sed videant ut par-  
tes illas quamvis bone sint, huic Brixie, re-  
gioni aut anteponant, aut equent. His en-  
im in terris pluviae rarissime ac vix plu-  
vie nulle sunt: semperque propter solis estu-  
nimios agris siccitas dominatur. Apud nos  
adeo temperies riget ut cum in mundo plu-  
vit, in nostris etiam terris imbre pro tempore  
benignissimi desuper infundantur. Illi tem-  
pus quo fluvius abeo minimes contineatur,  
suspensis animis ac fluctuantibus expectatur.  
Nullam a nobis tempus, quod aquas largia-

tur

tur expectandum est. Sed quavis die quavis  
hora, vel quodvis temporis puncto usui fore  
visum fuerit, quantum aquarum volumus;  
tantum exhaustum. Illis quemadmodum  
flavii excrementa oraverunt ita cum sa-  
tis agros bibisse putant, idem ut decreseat  
in suumque alveum redeat expectare ne-  
cessum est: itaque fit ut eis timor nunquam  
abstinet: Aut enim ne minus crescat, cum ip-  
sum crescere maxime velint, metuant: aut  
cum omnia ex ejus infusione maria viden-  
tur, ut sedem repetat suam pari animorum  
trepidatione operiuntur. Nobis neutru' ut me-  
tuamus concessum fuit. Cum et irrigandi et  
sicandi jus in manibus nostris maneat.

Quid preda? quid fundos quibus nostru' Bri-  
xie territorium locupletissimum est, comme-  
morabo? Non castellum, non vicum, non  
locum ullum altero arnepiorem aut melio-

rem

rem allegabo. Cum universa loca ita inter-  
se et bonitate terre et frugum copia, plan-  
tarumq[ue] arborumq[ue] insitione atque consilio-  
ne contendant; ut quam plus partem amet,  
aut laudej ex omnium peritate nescias. Quo-  
cunque aspicis, quotunque pergas; ubique  
arva arata atque subacta, ubique sata,  
ubique prata florida, ubique fontes et flu-  
mina, ubique passua conspicuentes atque  
occidentur. Sicque que nectareum oīnum fe-  
rant nullas in parte decant. Et quod raz-  
rissimum apud alios reperitur, quamvis in  
Locis plurimis apud nostram Bacchus solus Bacchus  
sine Cerere inserviat, sicut in collibus et Cerei  
montibus qui aratum minime patiuntur.  
Vineas grecorum more condensis vitibus con-  
sistat habemus. Terramque ut plurimum pla-  
nas est unius Cereris, Bacchoque obdientem  
colimus, nec sane Baccho plusquam Cereri,

aut

Homeru

Sparte

aut Cereri plusquam Baccho studentem; ut alteri sponte ac sua natura alteri coacta serviat. Sed ita pari copia. utriusque foret ac ficeret, ut non plus ad ferenda fragmenta ordeantur aliaque semina, quibus homines, aliaque animalia pascuntur aptiore ac feraciore dicay quam ad cuiusque generis vias necare, ac  
ut Homeru, id est mel sapientia ferenda meliorum. Concordes una Cererem patremque Lyeon, ut poeta dicent Brixie, ager et contubernales habet, qui dum inter se, ut sibi plus a terra quisque vendicet, certare quod ammodo videntur ad ambovis copiosos et optimos fructus accipimus. Quam pulchras quam letas sese nobis ostendunt segetes, quam visu delectabiles atque iucundas! Cum tempus messis prope adest, ubique glava Ceres conspicitur, arvantur, prata florant, arborei fructus aug-

pondere

pondere gaudent, quod greci Βειρυπ dicitur. Brixia a Bei-  
nde mea quidem sententia Brixia appellatur.  
lata est. Omnia sinu pleno, ut ajunt; fruges  
pollicentur, et prouinunt. Lina vero, que ad Linu  
rem familiarem per necessaria sunt, in agro  
nostro adeo effluent, ut non magis qua reg  
cereras deo diremus. Leguminum tanta copia Legumina  
est, ut eis jumenta magis, et altilia pingue-  
fiant, quam homines vescantur. Omnia que  
humano victui necessaria sunt abundantissi-  
me, nobis e terra suppeditari dictum satis  
arbitror. Nunc quam benigna pecori ha-  
ceruus pascua, deinceps ut videamus equum  
esse puto. Ex quibus priusquam frumento-  
rum usu et agricultura mortalibus accessisset,  
homines vitam suam omnibus que omnes o-  
pes ex pecoribus erant, que quia pes, id est Unde pecora  
humanae vite fundamenta erant, pecora vo- vita sint-  
cata esse, ad ipsiusque pecunias nomen inve- pecunia pecu-  
nife

Menalus  
Ethna

nisse videntur. Ab innam locorum pascuas per  
cibus commoda sive montes sive campe  
pro considerare voluerimus quam hic apud  
nos inveniri possunt. Menalus qui Arcadi-  
ae, Ethna qui Sicilia mons est propter  
tenera que in eis sunt, pascua et arbores  
copiosis floribus inumberantes, fontesque,  
propter ac flumina, ubi et pecora lavari  
quoque et potum duci possunt. Poete, om-  
nes et greci et latini canunt. Ego profecto  
sic arbitror, si poete greci, qui primi greci  
loca carminibus extollere studuerunt, aut

Latini grecos imitati eadem que a gre-  
ci laudata sunt, ipsi quoque celebrarunt;  
hęc loca nostra vidiissent aut intellexissent;  
Pana illum, quem falsa eorum supersticio  
Deum pastorum asseruit, sicuti Arcadia  
delectatum dixerunt; ex hoc nostro ame-  
nissimo agro, montibusque his nostri na-

tum

tum predicarent. Ab innam sive herbas in ve- Comoda pascua  
re teneras, sive in estate viridissimas, sive  
fontes ac flumina clarissima, liquidae  
et frigidissima, quibus et solis ardorem ar-  
cent, sitimque restinguant: sive arbores pro-  
ceras et umbrosas, sub quibus et pecora et  
pastores umbrias captent, et frigore uel au-  
ra reficiantur, velis. Ubi inquam, pascua  
quam hic apud nos meliora pinguiora pe-  
cuniae gratiora esse dicemus? Prata sem-  
per novis herbis floribusque vestita suavi-  
bus et variis distinctis coloribus cuiusvis o-  
culis et animos mira voluptate demulcent  
ac pascunt, quibus et pecora ipsa satiantur  
et ex pratis ipsis cer aut quales in annum fenum  
herbe secte exportante reconduntur feniibus  
tegentibusque constipantur. Ut sicut estate  
in pratis recentibus herbis pecora pascun-  
tur, ita et hyeme siccato feno sapido, be-  
neque.

neque solenti domi intra stabula clausa sa-  
turentur. Ex quo propter et pascuorum et  
herbarum copiam et bonitatem quotannis  
aliunde pecorum greges et armenta innar-  
mata in agrum nostrum traducuntur, no-  
straque pascua et prata conducuntur; que  
quamvis assidue Brixiani agri pascant  
greges, ad alienos tamen et advenas suffi-  
cunt. Quo sit, ut nungquam agri, hedi,  
vituli nobis desint. Lac nobis non estate  
norum non frigore defit. Caseus intantum  
nobis afflit ut a mercatoribus hinc ad  
varias mundi partes vis maxima quotan-  
nis transportetur: cuius sicut formarum  
magnitudo que, dum pondo magnorum  
sepe sunt, sic et lachry copiam, que apud  
nos est declarat: Et ejus suavissimus sa-  
por pascuorum nostrorum excellentiam,  
herbarumque bonitatem testatur. Rome,

De casei Brix  
xiensis prestantia

Princip.

Principi ego vidi adeo delitiose - vesci, ut in  
conoviis precipuis tantum secunde mense  
cum frugibus inter delicias apponenter. Sed  
quod Romam dico: que quamvis trecentis mil-  
liibus a Brixia longe absit, intra tamen  
Italie fines clauditur; cum et in regionibus  
transmarinis adeo inter delicatissimos cibos  
casei nostri habeatur, ut sepe principum  
illorum nostros ex Italia mercatores casei  
uniuersi munere amicitiam sibi conciliase vi-  
derim: Dum iam ad reliqua transire cogita-  
rem, apum bombus auribus meis insontit,  
qui ne ipsas preterirem, me admonuit. Et  
recte quidem, nam suavissimi fructus, et uti-  
llissimi laboris animalia sunt; quorum nelle  
ni suauius, et cera nil ad cultus Dei hono-  
rem aptius novimus. Hymettum in Attica <sup>Hymettus mons</sup>  
montem et hyblam goete apum copia et mel Hyb-  
lis optimi celebrabant: nec immerito sane.

Sed

Sed neuter famen illorum agro nostro comparari meruit. Nam eti (ut ferunt) optimis ambo de se mella largissime presentent, ad aliam rem, que in hominu et aliorum animantium usum exigitur, minu apta loca videntur: ita ut ad scilicet apes nutriendas tantummodo idonea esse videantur. Noster vero ager cum latissime et longitudine et latitudine patat; nec locam fere ullum ubi rei peculiarem habeat; sed loca omnia ad omnes res ferridas habeant commodissima, ita nec mellis aut apum propriis precipuante locum habent; sed sicut ubique copiose omnia nascuntur, sic et ubique, passim et apes et alvearia et mella liquidissima, solidissima dulcisissimaque conperias. Et quamvis in extenoribus necessitatibus mella sicut res alias ager hic noster minime suppeditet, tantum tamen mellis habemus, ut id ab

externis

exterioris querere nos minime oporteat. Agro - Brix. castellorum fertilitatem diximus; castella omnia et omnes vires per omnem agrum sparsos recensere at longissimus ita et supervacaneus mihi labor est. Nam ut minora castella, que multa sunt nec parvulae caceamus Lonatum, quod et arce munitionis subla - Lonatum tum et muris altis circumdatum. Longe spectantibus et formae et magnitudines urbs crederi possit: non Urceas geminas novas scilicet uras ac veteres; non Lanetum pretermittam, que castella cum magnitudine, munimentorum et situ cum statutis optimis et levibus, qui reguntur, urbes civitatesque videntur. Sed quid Asulam referam? que adeo fossarum latitudine, murorum, turrium, minarumque altitudine conspicuam et multitudinem, eorum magnitudinem, viarum et regionum pulchritudine, struciam compositamque sese.

Francus Sforia

Audanorum in  
Brix fides et  
constantia

ostentat, ut sicut est membrum capiti  
suo Brixie, proximum et carissimum qui-  
vis aferat, que viros et armis strenuos,  
et fide prestantes producit, et habet.  
Quod sepe aliam nunc vera proxime, dum  
bello asperimo, quod verus Martis fa-  
muli bellatorque invictus Mediolanen-  
sium Dux Franciscus Sforia contra nos  
gerebat, ager noster quateretur, probatum  
est. Sicut enim rati tantam Aduanorum  
fidei arbitri servasse fidem, ut pace cum ho-  
stibus facta omnes continuo suis pro me-  
ritis civitale donarentur. Sed quid sin-  
gula revolvitur? Tot castella enim ager Bri-  
xiensis munitissima tenet, ut urbem multas  
nastre Brixie obedientes in agro nostro  
esse dici existimarique possit. Nec sane  
quisquam est quin si eorum magnitudines  
populusque viderit, mores atque statuta

intelle

intellexerit quamque armis exercitati viri  
hostium armatorumque ingressiones atque  
impetus celerint sepiissimeque propulsarint,  
vere civitatis nostrae partem ac membra cogi-  
tet atque affimet. Versus Arcticum potius Potus antiquus  
quid Brixia teneat; postquam cetera salis,  
at arbitrio, exposita sunt, pro levi nequa-  
quam pretermittendum est. Que loca quam-  
quam propter boree montani frigora ad feren-  
das fruges natae minu*s* videantur, non tam  
ad eo sterilia et dura sunt: quin et incolis, qui  
magnum in numerum ubique habitant, vi-  
ctum facilem prehendant et benignum. At iisi-  
mes montes multi sane, incolunt quibus tamen  
ipsi ex montibus victum querere non diffi-  
cile est. Et quid sic mea stat sententia de-  
am, quomagis hanc artem rebus omnibus fe-  
cundiorum efficeret, ut etiam viris industriali  
augeret: loca hec montana pro parte ana-

610

to minus obedientia crease. Si enim omnia loca inter se paria eorundemque secunda fecisset, profecto licet multis abundare magis multis etiam indigeremus; fieretque ut res liqua que nobis deficiunt commutationes ac diminutione eorum, que nobis affluerent, ab externis quereremus. Et sic danno nostro damnata levare cogeremur. Quod ne nobis contingere ab ipso conditore opifice Deo prorsum fuit. Fumento, vino, lacte, oleo, peccore, fructibus terre omnibus quibus animales vescuntur agrum nostrum ad extenorū usque copiam abundare appetet. Verum unde domos, pariebas, mura, menia, rempla condiderimus et montibus ipsi in promptu sumere stat, inde lapides, inde saxa, inde columnae, ceciduntur. Inde calc eruitur, et coquitur: inde ligna, que in fami-

Liares

Liares usus comburantur ad ardem advehuntur. Inde tigilli, inde astres, inde tabule, inde trabes ad fabricandas eis, ad extruenda templa, ad reliqua urbium monumenta petuntur. Nec omnia tamen sterilitas tenet, quin etiam in medio montium valles late patent, campi magni fertilesque clauduntur; qui si non totius necessitudinis anni subveniunt, pro majori tamen parte ad famam tollendam sufficient. Reliquum vero quod locorum natura incoly negat ex urbe, delit ex horrore publico inexhaustaque degromitar. In Auri et Argenti metalla montibus quoque iussi auri et argenti ac eis effodere voluntibus metallorum reperiuntur. Verum haec in venis terre admodum absurda latent. Ad haec omnia que diximus in universum agrum spissa Brixensem a natura ipsa ut secura, ut tuta teneamus ferri, calybisque metallorum accesserunt. Ecce Calybs metallorum quibus

at. uigent

quibus non modo sarre, romeres, ligones, rati et cetera, quibus terra colitur, armas conficiuntur, sed vello etiam arma; ut putta gladii, lancee, tela, lorice, thoraces, galeae que conflantur; quibus et hostes, cum est opus offendas, et ab hostium incursionibus te defendas. Parum namque proficiet tot varisque rebus nos affluere ad omnes, nisi cum necessitas ingreditur, inguentibus hostibus armis tatas eisdem cueri possemus. Quod projecto haud temere natura nobis largita est. Nam quos tot omnes quot neminem alium ab ipso Deo donato, novit: inuidos et hostes multos habituros eos esse, nequaquam ignoravit. Futurumque ut aut inuidia, aut rapiendo libidine, aut dominandi tam opulentij studio quod sepius evenit, multos vello infesta fore. Eoque nos armatos esse voluit, ut eorum impetu

illesi

illesi sustineremus, et res nostras et libertatem gladio teneremus. Quin etiam Italiam universam nostra metallis et ad agriculturam ubertas magnas ex parte munient, et ad bella armant. In paucis namque aliis Italie locis quamquam fertilissima omnis sit; nisi hic apud nos ferrum vel calybs effoditur. Tamen Italiam armis factam, agriculturaque potenter cernimus. Unde igitur illi terre hominumque arma, a nobis scilicet. Unde aut arma ipsa aut calybs, unde illa fiant, ad alios transportantur. Ope igitur nostra finitimi longinquive populi arant, seminant, metunt, ab hostium incursionibus tuti nostro munere vivunt. Nam nostros montes peragro Hydri Sacrum, qui supra Sabbii vallem clauditor occurrit, qui quamvis aliis nostris duobus Benaco scilicet atque Isei lacubus magnitudine, haud quam comparandus existat; bonorum tamen

Laus hydri

piscium

Transitio

piscium ut iace ferax est, quibus incolao pis-  
candi voluptate collecta detinet, atque huius  
urbis nostre tributariis macellum piscariorum  
abundanter implet. Agri universi Brixie,  
situm pulchritudinem, amenitatemque lu-  
strantem jam dudum urbis ipsa me desiderat;  
ad seque redire me admonet, ad quod con-  
tinuo ut parenti me obsequens filius re-  
meabb. Si pauca de virorum agri sui in-  
<sup>de industria et exercitio</sup>  
<sup>Brixianorum</sup>  
dustria exceditisque dixerim; in dubio sum, o  
viri Brixiani, an a principio cum Deum  
ipse terrarum cuncta disponeret, agrum  
hunc nostrum ita fertillem, ita amoenum, at-  
que jucundum Aboriginesque nostri quia  
iustos et bonos et industria prestantes nove-  
rat, prominere premioque tradiderit.  
Aut agro huic quem secundissimum om-  
nium amenissimumque crearat, ne fru-  
stra tanta excellentia donatus incultus

jaceret

Aborigines

jaceret atque neglectus, viros cum vita op-  
timis tuis vero industria insignes perfecerit,  
ne bonitati terre hominum cara deficeret, sed  
nature ipsi ars ipsa quoque accederet. Ne-  
rum amborum meritum et homini scilicet  
ac terre utramq; amboj consociatos Deum do-  
luisse censeo, ut et homines ipsi quia boni  
erant facilem ex terra quererent victum  
Locumque ubi suam exercent industram,  
et virtutem haberent. Et ut ipsa terra si-  
cuit bona est bonitatem suam bene culta  
ostenderet, suisque cultoribus se gratissima  
exhiberet. Absurdum manques incorriguum-  
que fuisse virorum optimorum incassum  
vires in steriles terram exercere. Injusti-  
simum quoque laborantibus et mercenariis  
premia debita denegare. Terram vero bo-  
nam et fertillem pratis et inertibus dona-  
se hominibus contra iug fasque visu foret.

Sicuti

Herodius

De virorum  
nobilitate

Sicuti enim teste Heriodo strenuum viru La-  
borisque studiosum Deus amat, ac foveat: sic  
et aequaliter id est inertem edidit. Quales viros  
Brixiensis ager ferat, in diebus ipsis ex rebus  
dignis nosse licet. Agrum namque nostrum  
peragantibus sive terras aratas atque suba-  
ctas, sive plantarum, arborum, vinearumque  
conditiones et ordines, sive frumentorum et  
aliorum seminum in agris vim, sive fluvio-  
rum aliages et pones, sive aquarum deri-  
vationes, sive rura, sive villas, sive rotas  
latas et rectas, viatoribusque comedas con-  
spiciant, quoniam pacto strenuos viros, navos  
et industria plenos huius terras incedere con-  
tinuo non succurret. Vicos adeant ipsis,  
non tugaria cespite congesta, non regatis  
culnis rectas, ut alibi consuevit. Sed domos  
parietibus cocto aut vivo lapide structis val-  
latas, columnis suffultas, materiaque compo-

sitas

sitas optima urbium more cernere adest.  
Viros autem ipsos in agris aut fodere aut a-  
rare, aut aliquid agere, et nullum tempus ab  
opera remittere. Sed quid viros commemorabo?  
eum feminas ipsas laboris adeo studiosas videa-  
mus et strenuas, ut preferat secum et mulieribus  
vires, operi omnia que viros decent aggre-  
diantur. Nam et in areis et in agris meten-  
do, fadiendo, tribulisque pulsando ita et ad  
laborem et ad estum durant, ut a viris eandem  
sexu tantum differre videantur, virorumque  
adeo fungantur officia, ut viragini potius  
quam feminis mulieres merito vocari possint.  
Festis vero diebus, ut divino cultu studiose  
satisfecerunt sumpto more militum gran-  
dio, quid agant spectantibus et voluptatis,  
et virtutis nobile spectaculum prebent. Om-  
nes enim ad Lacedemoniorum consuetudine  
qui Georgi regis instituto juventute quo pa-  
ciedemonij  
lyngus

tric

trie, utilior ad bellaque paratior, exercitatio-  
que foret, luctationibus, pugnagque simula-  
cris, agricultorum quoque exerceri volebant.

In campum publicum, in suis quique vicijs  
quasi tuba exiti conveniuntur. Ibique, alii  
Jauulationes  
Saxorum con-  
torsiones  
Lucte

vallum terreum jaculantur, alii cursu, pedum-  
que velocitate contendunt. Alii saxum in-  
gens contorquent; alii luctu athletarum mo-  
re vires exercent. Nec victoribus proposita  
Choree

desunt prenia. Alii etiam dioreas cum eo-  
rum feminis ducunt, que licet viris nequa-  
quam omnino convenient, mulieres tamen  
plurimum iuvant, nec viris ipsis officiunt,  
que crebro corporum motu, naturalem  
excitant calorem, et corporis vires conser-  
vant, et ad membrorum agilitatem confe-  
runt, ne scilicet otie molli et inertii cor-  
pora contorpescant. Alii vero quibus cu-  
ra venandi major inest, astidius vena-

Venerationes

tibus exercent, qui sane et viribus, et labo-  
re haud mediocri, sie et audacia non parva  
indigent. Quinimmo sepius in montibus pre-  
sertim non cum fugacibus cervis aut capris,  
que pecora timida sunt et inertia, sed cum  
apris et ursis cominus res gerenda est, qui non  
fuga, non latebris discrimina vitant, que-  
runtque salutem, sed ira et viribus infesti-  
suos in hostes feruntur, quos nisi audacter  
fortiterque venabatis excipiant, nil pre-  
ter mortem ab immanissimis feris venantes  
expectant. Quocirca minus ut mirer mihi  
succurrat, si Homericus ille Nestor heros  
illos Perithoum, Theseum, Oriantaque, Gene-  
umque fortissimos commemorans laudibus ex-  
collit, quos cum feris montanis pugnare,  
solitos absumpsisse narrat. Non mirum igi-  
tur si viri nostri ~~de~~ armis prompti sunt et  
in preliis bellorum tempore audentes eis hoste

tibus

confli

Homerius  
Nestor

Aeupandi  
commoditates

Piscationes  
commodae et  
voluptuosae

configurunt, cum ipsius pacis tempore de vita  
et sanguine cum feri crudelissimis certare  
afuerant. Sed nee aeupandi commoditas  
ab his locorum, et quovis tempore illis nun-  
quam ceest. Nam propter aeris temperiem  
et pavulorum escarumque copiam, tam va-  
ria in agro nostro avium agmina versantur  
et vivunt; ut pata hortygum, quas vulgo  
qualias vocant, coturnicum, perdicum, fasia-  
norum, turdorum, aliarumque avium opti-  
marum vis tanta per agros omnes abundan-  
ter suppeditatur, ut vel retibus, vel visco, pe-  
dicis, illice, laqueis, præda copiosa optimaque  
semper capi posse. Piscantium vero quid vo-  
luptates dicam? cum nulla pars agri nostri  
fluvii placidissimi et fontibus perapicuis  
vacet. In quibus pisces cujusque generis  
vivunt, in tantisque ~~at~~ multitudine per  
aqua levant, ut ad se capiendoz facile spe-

ctantes

aliciant. Nec sane retium pondere,  
vel multo piscantium labore he punctiones  
indigent. Verum minimis reticulis, habili-  
